QUidam obligaverat terram quandam suo militi: deinde cum filius [sui] domini longum post tempus pecuniam offerendo pignus liberare voluisset: filius militis concedebat patrem suum a domino suo defuncto de prædicto pignore investitionem [1] feudi accepisse. Unde viri prudentes Mediolanenses interrogati laudaverunt, [2] in electione filii militis esse, cum XII. sacramentalibus [3] jurare [4], patrem suum a se, vel domino suo per investituram prædictam terram tenuisse: ita ut per [5] XXX. [6] annos contestatio pignoris a [7] parte domini adversus ipsum, vel patrem suum facta non fuisset. Si autem ipse jurare noluerit, filius [8] defuncti domini necesse habet jurare cum duodecim sacramentalibus, defunctum militem inde per feudum investitum non fuisse. Quod si ita jurare recuset, investire ipsum filium militis domini filius de jam dicta terra per feudum debet.

1 Id est, investituram. 2 Id est, responderunt. 3 *tit.* 4. §. 2. 10. 26. 3. *eod.* 4 Imo in electione ejus non est jurare, eum ejus juramento credi lex vetet. *tit.* 11. 3. *eod.* Solve; Lex vetat possessori asserti pignoris juramentum deferri. *d. tit.* 11. nisi sit munitus triginta annorum præscriptione, *ut hic.* 5 Feudum non intelligitur constitutum, nuda receptione servitiorum; nisi servitia sint recepta longissimo, hoc est triginta annorum spatio; & quidem continuo sine interruptione ulla. 6 Adde 2. *feud.* 26. §. 4. J. *eod.* 7 Feudum præscriptione adquisitum, transit etiam ad heredes. In re præscripta jure feudi locum habet successio: quia præscriptio veritati exæquatur. *l.* 1. *C. de servit. & aqu.* 8 *tit.* 26. *in pr.* & §. 1.

OBERTI DE ORTO
DE FEUDIS
LIBER SECUNDUS.

TIT. I.
DE [1] FEUDI COGNITIONE.

Causæ generaliter aut decidunturjure Romano, aut Legibus Longobardorum, aut consuetudine: sed causæ feudales decidunturconsuetudine. Bald.

OBertus de Orto Anselmo [filio] suo [dilecto] salutem. Causarum [2], quarum cognitio frequenter nobis committitur, aliæ diriminturjure Romano: aliæ [vero] legibus Longobardorum [3]: aliæ autem secundum regni consuetudinem, quæ quanquam sint variæ, & quanquam secundum diversorum locorum, aut curiarum mores sint diversæ, nec breviter possint dici, nec hoc libello facile comprehendi: usum tamen feudi, qui in nostris partibus obtinet, prout possibile est, exponere tibi necessarium duxi. In judicio eteuim, quod de feudis agitur, illud legibus nostris contrarium dici solet. Legum autem Romanarum non est vilis autoritas: sed non adeo vim suam extendunt, ut usum [4] vincant, aut mores. Strenuus autem legisperitus, sicubi [5] casus emerserit, qui consuetudine [6] feudi non sit comprehensus, absque calumnia uti poterit lege scripta.

SCiendum [7] est autem feudum, sive beneficium nonnisi [8] in rebus soli, aut solo coherentibus, aut in iis, quæ inter mobilia [9] connumerantur (veluti cum de camera [10], aut de cavena [11] feudum datur) posse consistere: ac feudum neminem posse acquirere, nisi [12] investitura [13], aut successione [14].

TIT. II. [15]
QUID [16] SIT INVESTITURA.

Investitura alia propria, ut possessio: alia abusiva, ut quando hasta, vel aliud corporeum porrigitur vasallo a domino pro investitura. Bald.

INvestitura quidem proprie [17] dicitur [18] possessio, abusivo [19] autem modo dicitur investitura, quando hasta, vel aliud corporeum [20] quidlibet porrigitur a domino [feudi] se investituram facere dicente: quæ [21] siquidem ab illo fiat qui alios [22] habet vasallos, saltem coram duobus [23] ex illis solenniter fieri debet: alioqui, licet alii interfint testes, investitura minime valeat. [24] † Si enim domino adhuc in possessione constituto, an facta sit investitura, quæratur: non debet probare, nisi per pares curtis illius domus, vel per publicum instrumentum, a tribus vel a duobus paribus confirmatum. Nam si instrumentum defecerit, vel quia factum non fuerit, vel quia amissum sit: tunc qui probare desiderat, pares curiæ illius, qui interfuerint, offerat, qui si denegaverint, forte corrupti [25] odio vel gratia seu pretio, & dicant se non interfuisse, cum investitura facta fuerat, vel non reminisci [26]: tunc domino cogente jurent tactis [27] sacrosanctis scripturis, *quod hujus rei veritatem nesciant*, & tunc actor aut alios producat pares, aut jurisjurandi domino detur electio: ut proinde juret investituram factam non esse: aut sacramentum vasallo referat: & ille aut juret, aut acquiescat. Quod si jurare pares aliqua ex causa recusaverint, nec [28] dominus eos jurare compellat: licet vasallo etiam per extraneos probare investituram. Testibus vero deficientibus jurisjurandi electio domino detur.

Vasallus possidenti feudum cavenæ, non opus est probatione: sed aut juret, aut deferat. Bald.

§. 1. Si vero vasallus [29] quidem possideat, vel si feudum cameræ [30] aut cavenæ, in duabus seu tribus [31] acceptionibus quietis, quasi [32] possideat: dominus autem feudum negans esse rem suam petat: vel quod de camera vel de cavena bis [33] vel ter (sicut diximus) jam solutum est, deinceps solvere renuat: tunc non est opus probatione: sed possidenti data electione, aut juret suum esse feudum rectum [34], aut [35] domino referatur jusjurandum. † Si [36] autem investitura ab eo, qui vasallos non habebat, dicatur facta: tunc per quoslibet idoneos [37] testes [38], aut per publicum instrumentum probari potest: aut inopia probationis emergente, res decidatur per jusjurandum.

Contentione orta inter dominum & vasallum de pactis appositis inter eos præter conditionem feudi vel naturam, domino quidem incumbit probatio: eo autem in probatione deficiente, vasallo defertur jusjurandum. Baldus.

§. 2. Præterea si aliquis tenor præter [39] communem [40] feudi rationem in investitura a domino dicatur intervenisse: vel si dicatur feudum sub tali conditione [41] dedisse, *ut vasallus festivis diebus vadat* [42] *cum uxore sua ad ecclesiam*: omni facultate probandi domino adempta, habeat vasallus potestatem defendendi se per sacramentum. † Item si vasallus [per] pactum speciale contra feudi consuetudinem allegat, velut [43] *de filiarum* [44] *successione*: liceat ei tenorem, si potest, sicut investituram probare, quod si in probatione defecerit, vel cessaverit: concedatur domino hoc denegare jurejurando præstito.

1 De feudis sive eorum consuetudine Mediolanensi, vid. *Cujac.* 2 Causæ feudales deciduntur, vel jure Romano, vel Longobardo, vel consuetudine regni. Quo ordine? mox dicetur. 3 Longobardæ libros authenticos esse hine colligitur. 4 Consuetudines feudales vincunt leges Romanas, *ut hic.* Consuetudini standum est, quidquid disponat jus commune. Duenaz. *regula* 141. Est enim domina rerum. 12. Gell. 12. sequenda velut altera lex Rolandus 3. *cons.* 4. statuto comparatur. Rimin. 2. *cons.* 304. pacto. Boer. *decis.* 107. Rimin. 1. *cons.* 181. veritati. Decius *cons.* 566. licit de illicito licitum *Glos. in c. tua nobis extr. de dimin.* ligat minores. Boerius *decis.* 80. pupillos. Boer. *decis.* 43. furiosos, mente captos. *l. fine* 32. §. *Lucius* 6. *ff. de adm. tut.* licet enim proprio non possint, alieno tamen consensu nituntur. Ias. *in l. de quibus ff. de leg.* adde quæ scripsi ad *l.* 2. *C. quæ sit longa consue.*

5 In feudalibus negotiis finiendis spectanda est primum consuetudo si exstat; deinde ad similes casus consuetudine feudorum expressos fit extensio. *c.* 2. *de feudo March.* Post, legem scriptam, si quæ extat, recurritur, *ut hic*, quæ si non extat ad legum similia recurrendum. *arg. l. non omnes* 5. §. *a Barbaris.* 6. *ff. de re militar.* 6 Consuetudo intelligenda est, quæ præscripta: alias non præscripta, non tam consuetudo quam voluntas ejus inducendæ dici potest. *c. Cumana de electi.* 7 In quibus rebus feudum consistat. *tit.* 2. Cujac.

8 Feudum non consistit nisi in re immobili, vel quasi immobili. Quid ita? rerum quæ usu consumuntur proprietas est penes accipientem. Atqui feudi proprietas penes dominum jure feudorum esse debet. Quid in nominibus vel reditibus quæ nobis perpetuo debentur, num possumus alii feudum constituere? Possumus: Bald. *hic.* An & in immobili, cui res mobiles sint quædam adjunctæ? Possumus quoque. *Ravennas.* 9 *l.* 14. *C. de sacrosanct. Ecclesiis. Novell.* 7. & 120. *c.* 1. 10 Id est, cum ex ærario, vel arca domini vasallo adsignatur stipendium certum. *tit.* 2. §. 1. 11 Vel de Cavena, id est quoties ex cellario domini, vasallo præbeatur annonæ. Utrumque feudum de Camera scilicet & Cavena in curte domini est. Proprium feudum est extra curtem & consistit in prædiis. 12 Imo & præscriptione & traditione fine investitura. *tit.* 26. §. 4. J. *eod.* 1. *feud.* 28. 3. *eod.* & culpa alterius vasalli possidentis. 13 Vide *tit.* 2. J. *eod.* 14 Vid. *tit.* 11. J. *eod.*

15 *tit.* 3. Cujac. 16 De investitura feudi. *Cujac.* 17 Propria investitura quid. 18 Investitura propria, adprehensio est corporalis possessionis feudi: impropria, abusiva & ficta, sine corporali possessione ipsius feudi. Fit verbis tantum, quibus tamen symbolum aliquod corporeum adjungi solet: fit denique his duobus concurrentibus nudis verbis & symboli interventu: puta hunc in modum: Ego investio te cum hoc annulo vel hac hasta. hac enim investitura feudi possessio non prehenditur, fed jus possessionis ipsius adipiscendæ & ingrediendæ propria autoritate adquiritur. 19 Abusiva investitura.

20 Puta vexillum, baculus, gladius, virga, annulus, Galli *pattam*, & *baston*.

21 Investitura propria coram duobus saltem testibus, iisque paribus Curiæ (si modo tot pares investitor habeat) fieri debet: deinde inducendus est investitus in possessionem ipsam feudi. Hæc si deficerint, nulla nascetur inde obligatio. Quid si pauciores aut nulli pares sint? possunt extranei admitti. § 1. *vers. si autem*, J. *eod.* 22 Hi dicuntur pares curtis, J. *eod.* curiæ, domus, de domo domini. 1. *feud.* 26. *in princ.* & §. 1. 23 *d.* §. 1. Quid? testes ipsi sunt ne ad investituram novam citandi? Alvarotus post Baldum putat citandos, nisi longissime absint. Ravennas putat expectandos, cum hæc investitura sit voluntaria: & jura contraria pertinenti ad eos casus quos celeriter expediri sit necesse. Quid si citati adesse nolint? adhus nihilominus valebit. *Bald.* Quid si unus tantum Par Curiæ sit? & hic quoque citandus erit. 24 Cur ita? ne quid fraudis excogitetur ab extraneis, qui non sunt ita noti domino. 25 1. *feud.* 26. *vers. testes*, 3. *eod.* 26 Testis, qui dicit se non in præsenti meminisse, ac fequenti post die dicit se reminisci, neque suspectus, neque falsus, neque varius est. 27 Adde *tit.* 5. J. *eod.* 28 Quid? qui non cogit pares ipsos jurare ac testimonium dicere dominus, num feudo privatur, quasi denegato jure vasallo actori? Glosa ita putat. *Baldus* negat. *Alvarotus* arbitrarium facit: hoc est, id relinquit arbitrio judicis. 29 Superiore casu dictum est de domino possidente. 30 Vid. *tit.* 1. *in fin.* 3. *eod.* 31 Facit *tit.* 33. *vers. inde etiam dicitur.* J. *eod.* 1. *C. de fideicommiss.* & quæ dixi ad *l.* 28. *C. de pacti.* hoc tandem docet: usum pro possessione esse, si quis bis terve annonas ex cellario domini perceperit. 32 Jura quasi possidentur. 33 Possessio feudi proprie, & vere continuata per annum dominosciente & patiente, & servitia recipiente tanquam a vasallo, præscriptionem inducit pro vasallo, ut fides ejus juramento habeatur, *ut hic.* Quid si rusticus bis terve in anno par caponum dederit nobili? num perpetua præstatio inducetur? non inducetur. *v. d.* 28. *C. de pactis*, 1. *cum de in rem vers.* 6. *ff. de usuris.* ut ait *Baldus*, locum non habet in mulieribus & rusticis. 34 Feudum rectum dicitur, cujus possessio justa est, *ut hic*, & *tit.* 33. 39. 82. 91. J. *eod.* 35 Jurare vel referre jusjurandum possessor vasallus debet.

36 Pars altera divisionis propositæ initio hujus tituli, *ubi quæ siquidem ab illo.*

37 Etiam extraneos. 1. *feud.* 26. *vers. testes* 8. *eod.* 38 Probationum observa genera: Testes, *ut hic*, publicum instrumentum, jusjurandum. J. *eod.* 39 Pactum insolitum investituræ, qui interveniffe ait, id probare debet: quo deficiente in probatione, causa jurejurando adversarii deciditur. adde *tit.* 20. 24. §. 1. 26. §. 6. *vers. filia* 29. 73. 76. 84. 90. 104. 105. & *similia.* 40 Pactum etiam insolitum feudi investituræ adjectum, est servandum.

41 Hinc feudum conditionale. *tit.* 75. 89. 42 Quid si dignitate, infirmitate, vel senecture id facere prohibeat? per substitutum servire debebit. Bald. *in l. quisquis* 27. *C. de episcopis*: adde *l. in metallum* 22. *ff. de pœnis.* 43 Pactum ut filiæ succedant, est præter communem feudi rationem: & tamen servandum. 44 *tit.* 51. 194. J. 1. *feud.* 1. §. 3.

TIT.

TIT. III.
PER [1] QUOS FIAT INVESTITURA [2], ET PER QUOS RECIPIATUR.

Vetus investitura fieri potest etiam a majore, vel a quocunque: nova autem non potest. Bald.

INvestitura autem aut fit de veteri [3] beneficio [4], aut de novo [5]. Quæ de veteri fit, etiam [6] a minore potest fieri. Sive autem a minore, sive a majore fiat, non de omni possessione vasalli, sed [7] de justa [8] tantum facta intelligitur: nisi aliud nominatim dicatur. Novi vero investitura feudi non ab alio recte fit: nisi ab eo, qui legitime suorum bonorum administrationem habet. Qui [9] enim qualibet ratione aliquid de suis rebus impeditur alienare [10], is nec per feudum poterit investituram [11] facere.

Res, cujus alienatio prohibetur, in feudum dari non potest. Bald.

§. 1. Sed etiam res, cujus alienatio prohibetur [12], nec per beneficium dari conceditur [13], nisi in casibus: ut ecce si quis ex agnatis tuis rem [14] quæ a communi parente per successionem ad eum pervenerit [15], alienare voluerit: non permittitur ei etiam secundum antiquam consuetudinem alii eam vendere, nisi [16] tibi [17] vel alii proximiori [18] pro æquali [19] pretio accipere volenti. Per feudum tamen [20] cuilibet [21] dari potest: nisi fiat in fraudem [22] nostræ consuetudinis, vel legis novæ bonæ memoriæ Lotharii [23] [vel Friderici [24]] imperatoris. Tunc enim rescissa [25] investitura, reddito a te [26] vel ab alio proximiori, videlicet secundum antiquam [27] consuetudinem, pretio, si quod dederit: is, qui investituram accepit, compellatur rem tibi restituere. † Personam vero investituram accipientis non distinguimus: nam etiam servus [28] investiri poterit, nisi ignorantia [29] prætendatur. † Sed utrum ipse vel alius pro [30] te investituram faciat, vel suscipiat, nihil interesse putamus: post enim hoc negotium, & per [31] procuratorem ab utraque parte expediri. † Fœminam quoque etiam [32] novi feudi investituram [33] facere posse plerique consentiunt [34]. Nulla [35] autem investitura debet ei fieri, qui fidelitatem facere recusat [36]: cum [37] a fidelitate feudum dicatur vel a fide [38]: nisi eo pacto acquisitum sit ei feudum, *ut sine* [39] *juramento fidelitatis habeatur.*

TIT. IV.
QUID PRÆCEDERE DEBEAT AN INVESTITURA, VEL FIDELITAS.

Fidelitatem præcedere debet investitura. Bald.

UTrum autem præcedere debeat fidelitas investituram, an investitura fidelitatem, quæsitum scio: & sæpe responsum est, investituram [40] debere præcedere fidelitatem [41]. † Fidelitatem [42] autem dicimus jusjurandum, quod a vasallo præstatur domino.

TIT. V.
QUALITER [43] JURARE DEBEAT VASALLUS [44] DOMINO FIDELITATEM.

1 De investitura veteris ac novi beneficii, vid. *Cujac.*

2 *tit.* 4. Cujac. 3 Investitura veteris beneficii fit, vel a successore domini, vel successore vasalli. *tit.* 31. J. *eod.* 4 Hujusmodi investitura est simplex feudi recognitio, quæ apud quosdam fit plerunque illata certa pecunia. Galli *relief.* 5 Ea dat jegem hunc locum restringunt Doctores. 6 Investitura antiqui beneficii fieri potest etiam a minore: novi non potest, *ut hic.* Quid ita? Qui de veteri feudo investit, non alienat, nec infeudat, sed investituram tantum a majoribus factam confirmat: Imo ne quidem possessionem transferr, sed confirmat tantum. An quæ fuit injusta possessio hoc modo confirmabitur? Minime, nullum enim jus possessionis de novo tribuit, sed quæsitam confirmat tantum. In dubis justa tantum continentur, ut ne jus alterius lædatur, *ut hic.* Apertius dicamus: Infans & furiosus nequidem investit de antiquo feudo: fed eorum tutores & curatores. Majores infante, id est, vasallo feudo etiam consensu tutorum & curatorum investire non possunt, cum hæc investitura sit alienatio: de antiquo etiam sine tutore & curatore investire possunt: si tamen læsi sint, restituentur, nisi dicamus in minoribus tutorem vel curatorem non habentibus judicis præsentiam requiri. *l. bonorum* 7. *C. qui admitti ad bonorum, l. si infantis* 18. *C. de jure deliber.*

7 Non possidens non cogitur investituram petere. facit *l.* 4. §. 4. *ff. de censibus.*

8 Id est, non vitiosa. 9 Alienare prohibitus, in feudum dare non potest. adde *l. ult. C. de rebus alienis non alien. l. qui habebat* 101. *ff. de legat.* 3. Excipe casus sequentes in §. *ult. C. de rebus alienis non alien. l. qui habebat* 101. *ff. de legat.* 3. Excipe casus sequentes in §. *proximo.* 10 Alienat, qui etiam utile tantum dominium alienat, ut & qui de novo investit; *d. l. ult.* hoc quidem in minore. In majore aliud est, majore enim alienare prohibetur invito domino, qui tamen eo invito subteudare potest. 11 Novam scilicet. Est enim novi feudi investitura alienationis species. 12 Vel a lege vel a testatore, argumento emphyteuseos. *l. ult. C. de rebus alien. non alienanda.* 13 Falsa videtur dictio: Quippe res ecclesiasticas alienari non potest. *Novell.* 7. potest tamen in feudum dari. 1. *feud.* 1.

14 Feudum antiquum vasallus etiam invito domino tibi adgnato, vel alii proximiori vendere potest: proximior adgnatus tibi præiertur, cum æquale pretium offerat, *ut hic.* Quid si tu præter vel ultra justum pretium numerasti? id etiam proximior offerre cogitur. Justum enim pretium est, quod inveniri potest. *Doctores in l.* 2. *C. de rescind. venditis nov.* Quid? num vasallus feudum sunm alteri dare potest? Potest; dum ne consuetudinis, vel legis novæ Lothharii, vel Friderici quid in fraudem fiat. *vers. per feudum.* Fraus est, colore infeudationis abuti, & reipsa vendere; fraus est post mortem suam proximiores agnatos feudo privare velle. Pone investituram in fraudem ita factam esse, ut superstite investitore nocere possit, proximis tamen ejus agnatis eo mortuo non nocebit. Quin licet proximis agnatis feudum ita concessum in fraudem, revocare, pretio restituto ei, qui feudum sic in fraudem accepit; *vers. Tunc enim rescissa.* Dices iniquum esse fraudulento emptori mercedem fraudis restitui? verisimile est, hunc vers. ultimi referendum esse ad eum, qui sine mala fide ita feudum accepit. Et ita hunc locum accipio, quem nec Ravennas, nec Laudensis intellexit.

15 Id est. prædæ a familiarica sive allodia sint, sive feuda. 16 *c.* 62. *legum Saxonicar.*

17 *Sub.* agnato: hæc enim vox retertur ad superiores, si quis ex agnatis tuis.

18 Non potest quis feudum geneaschicum alii vendere, quam agnato, si velit id agnatus eodem pretio habere, in feudum tamen nullus dare potest, *ut hic*, & J. *eod.* 24 Id est, justo: fesus ei vivere. 19 Quod alienare non possum nisi in proximum, possum id in mulieribus & rusticis. 20 Idoneo tamen. 21 Ut si adsimulet investituram feudi loco venditionis. *tit.* 55. J. *eod.* 22 *tit.* 52. J. *eod.* 23 *tit.* 55. J. *eod.*

24 Cui jus πρωτοκτίσεως competit, ad refeitionem alienationis agere potest. 25 Hinc jus πρωτοκτίσεως. 26 Juris πρωτοκτίσεως origo hic referri ad antiquam consuetudinem videtur: cujus fit mentio in *l.* 14. *C. de contrahenda. empt.* adde Novellam Romani, de qua vide J. Harm. J. Νομοι τῶν Ῥωμαίων ἐκκλησιαστικοί. *Const. Friderici.* J. *eod.* 27 Servus investiri potest (non tamen ab ignorante) id tamen, de quo investitus est, domino adquirit. adde *tit.* 106. 28 Servum suum, qui frenter de feudo aliquo investit, liberum facit. *arg. l. super servis.* 6. *C. qui militare.* Quid si servum alienum ipsius servi contemplatione, & dominoejus sciente investieris? liber erit, eodem argumento. Quid si vel domino ignorante, vel domini ejus contemplatione cum investieris? liber non fit, sed feudum ejus domino adquiretur. Quid si ita servo alieno feudum dederis, ut ei adquiratur non ejus domino? neque servo ipsi, neque

Vasallus domino jurare debet quod sibi erit fidelis: & quod credentiam sibi commissam non manifestabit. Bald.

QUaliter autem debeat jurare vasallus fidelitatem, videamus. Jurare scilicet sic [45] debet: Ego juro ad hæc sancta Dei Euangelia [46], *quod a modo in antea ero fidelis huic, sicut debet esse vasallus domino: nec id quod mihi sub nomine fidelitatis commiserit* [*dominus*,] *pandam* [47] *alii ad ejus detrimentum, me sciente* [48].

† Si [49] vero domesticus, id [50] est, familiaris ejus sit cui jurat: aut si ideo jurat fidelitatem, non quod habeat feudum [51], sed quia [52] sub jurisdictione [53] sit ejus cui jurat, nominatim vitam [54], membrum, mentem, & ejus rectum honorem custodire jurabit.

TIT. VI.
DE FORMA FIDELITATIS.

Vasallus & dominus sibi invicem auxilium & consilium præstare debent. Bald.

IN epistola Philiberti episcopi in decretis 22. [55] causa, de forma fidelitatis aliquid scribere monitus, hæc vobis quæ sequuntur breviter ex librorum auctoritate notavi. Qui domino suo fidelitatem jurat, ista fex [56] in memoria semper habere debet, incolume, tutum, honestum, utile, facile, possibile; *Incolume:* ne sit in damno domino suo de corpore [57] suo. *Tutum:* ne sit ei in damno de [58] secreto [59] suo, vel de munitionibus [60] suis per quas esse tutus potest. *Honestum:* ne sit ei in damno de sua justitia [61], vel de aliis causis quæ ad honestatem ejus pertinere videntur. *Utile:* ne sit ei in damno de suis [62] possessionibus. *Facile*, vel *possibile:* ne id bonum quod dominus suus facere leviter poterat, faciat ei difficile: neve id quod possibile ei erat, faciat impossibile. Ut fideles hæc documenta caveat, justum est. † Sed quia [63] non [64] sufficit abstinere a malo, nisi fiat quod bonum est: restat [65] ut in sex prædictis consilium & auxilium domino præstet, si beneficio vult dignus videri, & de fidelitate esse salvus [66]. Dominus quoque in his omnibus vicem [67] fideli suo reddere debet: quod si non fecerit, merito censebitur malefidus, sicut ille qui in eorum prævaricatione, vel faciendo, vel consentiendo deprehensus fuerit perfidus & perjurus.

TIT. VII.
DE NOVA FORMA FIDELITATIS.

Traditur hic nova forma jurisjurandi fidelitatis, quod præstat vasallus domino. Bald.

ESt & alia de novo super fidelitatis juramento forma inventa, & utentium approbata consuetudine: quæ hodie fere in omni curia videtur obtinere, hæc scilicet: Ego *Tutum juro super* [68] *hæc sancta Dei Evangelia, quod ab hac hora in antea usque ad ultimum diem vitæ meæ ero fidelis tibi Cajo domino meo contra omnem* [69] *hominem excepto* [70] *Imperatore, vel rege.* Quod verbum si recte intelligatur, nulla quidem indiget adjectione [71], sed integram & perfectam in se continet fidelitatem: sed propter [72] simplices, & nominis significationis ignaros, ad illius verbi interpretationem hoc adjici solet: id est, Ego juro, *quod*

ejus domino feudum adquiretur. 29 Id est, nisi putabatur liber. 30 Procuratore uti possumus in investiendo proprie vel abusive, *ut hic*, & §. *idem sciendum, de notis feudorum.*

31 Per procuratorem investire, & investiri possumus. 32 Fœmina potest antiqui feudi investituram facere: Imo & novi, *ut hic.* Nisi forte bonis interdicta vel Longobarda sit, ut hoc locum restringunt Doctores. 33 Investire vasallum fidelitatem non jurantem, non cogitur dominus, nisi feudum tale sit cujus nomine jurari fidelitas non debeat, *ut hic.*

34 Rat o dubitandi hæc est, videbatur enim fœmina nihil alienare posse sine curatorum autoritate 2. *Longob. Quali mis. lib. alien.* 35 Neque vetus neque nova. *tit.* 20. J. *eod.*

36 Per se vel per procuratorem. 37 Argumentum duci potest ab etymo.

38 Alii a fauda, de quo dicam alibi plenius. 39 *tit.* 24. *in fin. pr.* & 76. J. *eod.*

40 Investitura præcedit fidelitatem. *tit.* 7. *in fin.* J. *eod.* 41 Cur investitura abusiva præcedere debet juramentum vasalli? Baldus hoc ideo receptum esse putat: quod ipse dominus caput sit ipsius feudi, & persona agens, unde notat Ravennas, primo præcedere investituram verbalem annulo, vel alio signo factam; deinde præstari fidelitatem a vasallo. Tertio investituram realem, hoc est missionem in possessionem feudi subtequi. Ea tamen in re prædicti ordinis præposteratio investituram ipsam non vitiatet, cum sufficiat intellectus ordinem spectari. §. *ante heredes* 33. *Inst. de legat.* 42 Fidelitas quid.

43 De juramento fidelitatis, & qualiter vasalius juret domino. *Cujac.* adde *huic titulo titulum* 6. & 7. J. *e* 63. *dist.* 5. *c. tibi.* 33. 44 Adde, & domesticus: *vers. si vero.* (Nam de utroque hoc §. tractatur.) Potest & hoc juramentum referri quoque ad eos, qui ut subditi (tametsi non sint vasalli) jurare alicui vel ratione bonorum, vel habitationis ratione coguntur, *vers. aut si adeo J. eod.* Quid? num dominus cogitur vasallo fidelitatem jurare? non cogitur. Nam effectu ipso sine jurejurando vasallis suis præstare cogitur dominus, quod interposito jurejurando vasalli. 45 Consuetudo, in juramento fidelitatis est servanda; neque quidquam innovandum est in juramentis hominis, & fide statis. 46 *tit.* 2. 3. *eod.*

tit. 7. J. *eod.* 47 Id est, evulgabo: vid. *titul.* 7. J. *eod.* 1. *feud.* 17. 48 1. *feud.* 26. *vers. testes in fin.* 8. *eod.* 49 Jurant id ter vasalli & non vasalli, puta domestici & habitatores, *ut hic.* Quid si unus & idem vasallus sit & non vasallus, puta domesticus? utrumque præstare cogetur: nisi si uno juramento utramque juramentum explicare maluit. 50 Domesticus pro familiari. Porro domestici appellatione interpretes accipiunt consiliarium domini camerarium, pincernam, dapiferum. 51 Veluti si feudum in curte domini habeant. 1. *feud.* 5. *in fin.* 3. *eod.* 52 Quid condomini seu colleagæ unius & ejusdem castri, num mutuo sibi jurare debent? Id videtur, fingitur enim alius alii, juris præsumptione, subesse.

53 Non tantum testatarii jurant, sed & si, qui habitant alicujus jurisdictioni.

55 22. *quæst.* 5. *c. de forma.* 56 Nempe ut ne nocet corpori, secreto, munitionibus, justitiæ, possessionibus, juri, aliisque hujusmodi. 57 Id est, vita. *tit.* 5. *in fin.* 3. *eod. tit.* 8. *in fin.* 3. *eod.* 3. *Const. Neapolit.* 15. & 18. vid. *fermiam* Rodevici 3. *c.* 19.

58 Quid si fe occiduum Sempronium dixerit vasallo dominus? Debortari primo dominum debebit: ac deinde in genere ipsum Sempronium admonere, ut sibi caveat. *Glos. c. nervs.* 13. *dist. c. si secretari de offic. ordin.* 59 *tit.* 5. 8. *eod.* 1. *feud.* 17. 60 *tit.* 24. 4. 2. *vers. porro.* J. *eod.* 1. *feud.* 5. *vers. similiter.* 61 *d. v. porro. tit.* 55. *in fin.* J. *eod.* 62 Ut supra de suis munitionibus.

63 Vasallus a superioribus non tantum abstinere debet, fed & eo amplius in hujusmodi casibus consilio juvare dominum cogitur. 64 Nota. 65 Oblivio in iis non admittitur, quæ quis interposito jurejurando facere cogitur. adde *l. magnam* 12. *C. de contrah. stip.*

66 Perjuro vasallo non poteit gratiam jurisjurandi facere princeps, invito ipsius vasalli domino. 67 Inter dominum & fidelem fides est reciproca ideoque dominus vasallo conjux & amicus dicitur. *tit.* 58. *in fin. pr.* J. *eod.* adde *tit.* 26. §. 7. *vers. domino tit.* 47. J. *eod.*

68 *tit.* 5. 8. *eodem.* 69 Vid. *tit.* 28. *in fin.* 70 *d. tit.* 28. & 55. *in fin.* J. *eod.* In juramento fidelitatis vasallus tacite excipit Principem suum, antiquiorem dominum, patriam. Interpretes veto has personas addunt: patrem, filium & fratrem, si qua videlicet in re adversus jus natatæ læderetur ab ipso domino. Addantur & axiomata. 71 Cum tacite id intelligatur. 72 Simplicium & imperitorum habetur ratio: & ut Glossis *in l. quotiens.* 10. *C. familiæ erciscundæ*, ait: Non omnis scit dicere, heredem instituo. unde notant, Testi-